UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam emissæ. In Deuteronomium

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Ervdito Ac Pio Ivris Consulto Benedicto Pauli & domino & fratri nostro dilecto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Visual Library

ERVDITO AC PIO IVRIS CON
ſulto Benedicto Pauli & domino &
fratri noſtro dilecto.

IOAN. BVGENHAGIVS POM.

GRATIAM & pacem à deo patre noſtro et domino noſtro Ieſu Chriſto. Quæ hic publice prælegimus, & iam, uolēte huius ſcholæ rectore & ijs quorū inter eſt, emittimus, tibi frater Benedicte duximus dicanda. Primū, Deuteronomium, in quo uidere licet, quid lex exigat. Deinde Samuelē .i. duos libros Regū, ubi apparet quā ſeruata ſit lex & q̄ non ſeruata, & exemplis declaratur legē noſtris uiribus præſtari nō poſſe. Tertio cōciliatā per nos ex Euangeliſtis hiſtoriā Chriſti paſſi & mox glorificati, hic uides Chriſtū dei iuſtitiam quæ per fidē noſtra eſt, quā iuſtitiā lex exigere potuit, præſtare nō potuit. Poſtremo decem epiſtolas Pauli cū ea quæ ad Hebræos ſcripta eſt, in quibus declaratur ut iſta dei iuſtitia quæ Chriſtus eſt toti mūdo prædicatione Euangelij innotuerit. Quæ tantū abeſt ut uerear à te contēnenda, ut certo mihi perſuadeam utriſq;, quod aiunt, brachijs à te ſuſceptū iri, nō ſolū q; ab amico et fratre ueniunt, ſed & multo amplius q; pro modulo fidei meæ Chriſtū prædicāt, quē tu uere cognouiſti nobis factū à deo iuſtitiā, redemptionē & uitā æternā. Vale. VVittembergæ Anno Chriſti incarnati .1524. feria quarta ante Pentecoſten.